



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

III. A quo possit iudicari Papa?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Solum vero Pontificem Romanum succedere Petro debere est de Fide certa: & forte de Iure diuino. Quia Quicumque Petro succedit, accipit à Christo Pontificatum Petri: (Christus enim Instituit vt perpetua esset in Sede Petri Successio Iure Diuino.) Atqui Rom. Episcopus succedit Petro, accipitque à Christo Pontificatum Petri: Petrus n. Romæ sedem fixit: & fortè Christi iussu. Ergo Rom. Episcopus Petro simul in Pontificatu succedit pari Iure: quod in Pontificatu, diuino: quod Romæ ex Petri facti diuinitus mandat. Vide meum *Luthero. cal. p. 2. q. 9. 10.*

Ita constat ex Traditione Apostolica; quam Coneilia, orbisque Consensus declararunt.

II. HÆRESIARCH. Pontificatum Romanum de scendere dicebant, præci hæretici, apud *Turrecrem. l. 1. c. 39.*

1. Ab Apostolis.
2. Nilus, à Conc. Generali Calcedon.
3. Marsilius V. Vicleff, Hus; à Constantino Magno.

LUTHER ANI Smalcaldici, Papatū prouenire à Cardinalibus electoribus.

LUTHERVS, à Carolo IV. Francia.
CALVINVS, in Græcos, à Phocæ; in Gallos & Germanos à Pipino & Carolo. Vide in *Luthero. c. p. 2. q. 11.*

PAPISTA. Pf. 118. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt Le. tua, Christe, Tua vox est: Mat. 16. Ego dico tibi, Tu es Petrus, & super banc Petram. &c. Tibi dabo Claves. &c. Mat. 18. Pafce oues meas. Confirma fratres tuos. &c. Quodcunque ligaueris. &c.*

Ecce immediate à Christo omnis Potestas absoluta est Pontificia.

QVÆSTIO III.

A quo possit indicari Papa?

HÆRESIARCH. I. Marsilius de Padua, teste *Turrecrem. l. 4. de Eccl. p. 2. c. 37.* ab Imperatore.

2. Nilus: ab Concilio generali etiam deponi. Sed damnatus vterque est.

LUTHERO-CALVINISTÆ cæterique hæretici nostrates affirmant vtrumque, & multis propugnare nituntur argumentis, sed vanis, apud *Bell. l. 2. de Pont. c. 26. 27. 28.*

PAPISTA. Pastor Orbis & Summus Princeps a Deo solo datus; Sedesque Petri supra Petram Christum à Christo solo posita *Prima, à nemine iudicatur*, proclamatur *Conc. Sinuess. Distinctius Cōc. Rom. sub Syluestro, 280. Episcoporum: Neque ab Augusto; neque à Regibus; neque ab omni Clero iudicatur Prima Sedes.*

Quid ergo? *Conc. V. sub Symmacho. Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari; sed Sedis istius Præsulem suo, sine questione, reseruauit arbitrio.*

2. Idem docent testimonia Pontificum:

3. Confessio Imperatorum.

QVÆSTIO IV.

Sitne Papa Iurisdictio coercitiua, ut possit condere leges, obligare conscientias, punire transgressores?

HÆRESIARCH. Negarunt olim VValdenses, teste *S. Antonino p. 4. tit. 11. c. 7. 5. 2.*

Item Marsilius de Padua, V. Vicleff, Hus, &c.

LUTHERVS I. de Capt. Babyl. de baptismo; Melancton; itemque Caluinus negarunt idē. Vide *Luthero. c. p. 2. q. 19.*

PAPISTA. At affirmat Christus in meo Antichristo *p. 2. q. 6.*

Affirmat & prophetica, & Apostolica Scri